


HISTORICA RELATIO
DE ORTV ET
PROGRESSV

HAERESVM IN GERMA-
NIA, PRÆSERTIM VERO AV-
GVSTÆ VINDELICORVM.

Ex antiquis Annalibus MSS. cuiusdam
contemporanei fideliter descripta, &
nunc publici juris facta.

Anno 1654.

*A fructibus eorum cognoscetis eos.
Matth. 7.*



Cum facultate Superiorum.

INGOLSTADII, Typis GEORGII HÆNLIN.

ANNO M. DC. LIV.

illa fraternitate permanserunt. Circa horam septimam autem domus illa circumdata est à præfecto vr̄bis cum suis seruis à Senatu ei deputatis, qui personas has omnes ceperunt, & singillatim in carcerem duxêre. Semper seruus vnus præfecti, duxit in simul duas mulieres, ac deinde alter seruus vnus subsequens duxit virum vnũ, quousque omnes incarcerati sunt.

Feria 2. Paschæ, horâ 9. Senatus extra vr̄bem in perpetuum **XXII.** exilium educi fecit 29. personas, inter quas fuêre 8. mulieres, & 2. iuuenes. Post horam 12. educæ fuêre 6. mulieres, inter quas vna mulier fuit, quæ 7. filias habuit. Non est credibile quàm gaudentes hi omnes viri atque mulieres in exilium ierunt. Disiungebantur viri ab vxoribus, liberis & amicis, & è conuerso vxores à maritis ac pueris, & huiusmodi omnia pro nihilo ducebant, exultantes abibant, omnibusque spectaculum præbuere. Aderant etiam aliqui ciues, qui his, qui pauperiores inter illos erant, elemosynam ministrabant, compassionem cum eis habendo: multi quoque eos deridebant, asserentes eos dignos fore supplicio mortis secundùm quod leges dicunt.

Sabbato 5. mulieres honestæ, quæ indurato animo in hæresi **XXIII.** illâ perseverauerant, extra vr̄bem in exilium missæ sunt.

Georgius Regel ciuis Augustensis fugâ seipsum saluauit, & **XXIV.** vxor eius Anna Manliche rullicano habitu circumamicta, amphoram portans, ac si lac in vr̄be vendidisset, ac Augustâ tali modo quousque effugit.

Feria 3. post *Quasi modò* mulieri vni lingua abscissa est: & **XXV.** 5. mulieres ferro candenti per maxillas exustæ sunt, quæ venustæ fuerunt; vni quoque viro lingua abscissa est, & duo viri atque iuuenis vnus, qui litteras hinc inde rebaptizatis detulerat, virgis per vr̄bem cæsi sunt. Vxor autem Adolphi Ducher, è quòd prægnans fuit, in corpore non fuit punita, sed in exilium missa. Quæ demùm anno 1531. in Februario ab Aichelin in aqua suffocata est, è quòd præfatam hæresim derelinquere noluit.

Eadem die Senatus sedit in concilio præne vsque ad tertiam **XXVI.** horam.

horam. Et iterum de nouo capi fecit 24. personas, & mulierem illam, cui lingua abscissa fuit, quæ de vrbe exire noluit.

XXVII. Feria 4. vxor Luca Haffners Scabini de vrbeeducta est, & vnus iuuenis.

XXVIII. Sabbato Ioannes Sebold futor, qui in die Paschæ his, qui de fraternitate fuerunt, prædicauerat, indurato animo in sua hæresim decollatus est.

XXIX. Feria 2. post *Misericordia* in nocte, 11 ciues capti sunt.

XXX. In profesto Apostolorum Philippi & Iacobi, vxor Iacobi Carmelita apostata, quæ per se ire seu currere noluit, carro imposita fuit, quem 4. viri, vulgò *Kodler* trahentes, licitor subsequens per urbem vsque ad portam virgis percussit. Duo quoque viri exinde, calceator vnus, & Tabernarius etiam virgis casi sunt. Iacobus Carmelita est captus, & in carcere Augustensium permansit vsque ad annum 1530. Et Sabbato post Lucia è carcereeductus, hæresim reuocauit publicè in colle Perlach, sicque dimissus est liberè.

XXXI. Vxor Laurentij Kraffters vidua, quæ cum 7. liberis vnà cum genero suo Lucâ Müller rebaptizari se fecerat, & obseruatrix omnium rebaptizatorum erat, fugâ semetipsam saluauit, & per aliquantum temporis spatium Norimbergæ fuit, tali conditione à Senatu ibidem cum suis adstricta, vt limitem domus suæ non transcenderet, nec aliquod verbum de suâ sectâ proferret. Demum etiam ibidem à Senatu, publico edicto ab vrbe prohibita est. Ad vltimum Augustam clam reuersa, & à Senatu Augustensi occultè punita, in propria domo remansit quasi inclusa per longum tempus.

XXXII. Eittelhans Langenmantel ciuis Augustensis, qui in die S. Georgij in Leuttershouen vnà cum seruo iuene 19. annorum, & ancillâ, quam seruus ille in vxorem duxerat, & in breui cum illâ nuptias habere volebat, captus est, & duo iuuenes rustici de Goggingen cum illo, per nobilem virum Diepoldum Stain Capitaneum Suenicæ Ligæ, qui cum 20. equitibus omnes ad Weissenhorn deducti sunt, & 12. die Maij decollati sunt, & ancilla in aquâ suffocata. Omnes tamen cum reuocatione deuotè in antiquâ

quâ fide Catholicâ vitam concluderunt. Ipse verò Eittelhans Langenmantel diu reluctavit, & ab erroribus suis resipiscere noluit, quoniam totaliter infectus fuit cum omnibus erroribus & falsis doctrinis ac damnatis Lutheri, Oecolampadij, Carolstadij, Zvinglini, & Nouatiani. Amici eius pro liberatione illius 5000. fl. dare voluerunt, sed proceres Ligæ id renuerunt. Iussit itaque Dieboldus de Stain, vt D. Ioannes Gesler Plebanus in Weissenhorn Eittelhans Langenmantel accederet, & eum de salute animæ suæ commoneret, qui secum assumens M. Andream Plebanum in Oberhausen, M. Ioannem Lickingen Plebanum in Wallenhausen, M. Valentinum Vicarium Parochiæ in Bellenberg, D. Ioannem Schmid Prædicatorem in Weissenhorn. Hi præfati 5. Sacerdotes, primâ die 3. laicos & ancillam à suis erroribus ad veram fidem reduxerunt. Deinde ipsum Langenmantel acceperunt, cum quo & per continuos 4. dies egerunt, sed cum eo nihil profecerunt, qui neq; aliquod verbum salutis ab eis audire voluit, asserens se in verâ fide esse solidatum ac fundatum, errores suos tuendo. Quintâ autem & vltimâ die, cum in crastinum decollari deberet, D. Plebanus in Weissenhorn astantibus alijs Sacerdotibus dixit: Langenmantel, res non aliter se habet, nisi quòd sine retractatione crastinâ die vos mori oportet, juro itaque vobis cum salute animæ meæ, quòd si perseveramini in erroribus vestris, crastinâ die efficiamini filius æternæ damnationis. Ad quod Eittelhans Langenmantel infert inquam: Flectite genua, & vnusquisque oret Dominicam orationem, vt Deus mihi inspiret ea, quæ deducant me ad veritatem & viam iustitiæ. Oratione finitâ, cum ipsum rationibus & auctoritatibus sacræ Scripturæ ex Bibliâ conuicissent, Langenmantel eis dixit: Ego volo vos interrogare duas propositiones, quarum prima est: Si vultis mihi animas vestras in pignus præstare, quòd in fide Catholicâ non errauerim; & quòd saluer, si vestris monitis paruero, cum antiquâ fide (nouâ meam relinquens) acquiescam placidè. Secunda propositio hæc est. Si iam esletis in loco meo, an velitis fidem meam acceptare, vel vestram antiquam. Cui Plebanus in Weissenhorn respondit: quòd libenter velit si
an mam

animam suam in pignus præstare, si eum non rectè instruat, & ea, quæ cælestem patriam conferunt, doceat, vellet loco sui æternam damnationem acceptare, atque pro eo pati. Ad secundam propositionem quoque respondit: quòd si in loco suo esset, vellet veraciter antiquam fidem iterum acceptare, & vsque in finem tenere. His auditis, Eittelhans Langenmantel, omnes errores suos reuocauit, pœnitentiamque egit, quantum sibi tempus admisit; quòd secundariè rebaptizatus est, ac ipsemet baptismum administrauit, prædicauit, ac contra V. Sacramentum Eucharistiæ scripsit, ipsum annihilando, cum contrito corde confessus est, ac deuotè V. Sacramentum Eucharistiæ sumpsit, & vsque in finem in magnâ deuotione permansit, ac cum maximâ patientiâ mortem pro suis peccatis acceptauit, gratias agendo, quòd ad campum sacrarum Scripturarum, ad caules ouium Christi, & antiquam veram ac rectam Catholicam fidem, atque vnionem S. M. Ecclesiæ reductus esset, vbi pascua æternæ vitæ inuenisset. Cùm autem ad decollandum educeretur, & per pedes incedere non valeret, eò quòd podagrâ laboraret, carro impositus est. In via obuiauit ei nuntius ab Augustâ à mercatore *Bimel*, ac alijs ciuibus ad eum missus, vt in quâ fide decedere atque mori vellet, ab eo inuestigaret. Eytelhans Langenmantel baiulo Augustensi viso, ad Plebanum de Weissenhorn, qui ei verba consolatoria prædicabat, ait: Paulisper à verbis vestris consolatorijs cessate, quousque hunc nuntium expediâ, & conuersus ad baiulum, dixit: Quid hîc agis, aut cuius rei gratiâ huc missus es? Qui respondit: huc missus sum, vt vos interrogem, an in antiquâ, vel in nouâ fide mori velitis. Qui respondit: Dic illis, à quibus ad me missus es, quòd velim mori in antiqua fide, secundùm introductionem S. M. Ecclesiæ, quia ego erraui, & S. Scripturam non intellexi. Roga etiam mihi eos, vt omnes scripturas à me editas, diligenter inuestigent, & easdem omnes igni comburant, meique memores sint, & eis nomine meo valedicito; vale & tu quoque. Deinde iterum se ad Plebanum conuertit, verba eius auscultans. Cumque ad locum decollationis adductus esset, in sellam collocatus est, cùm stare non posset. Conuersus

versus ad lectorem, ait: Oro te, ne mecum properè agas, volo enim jugulum tibi viriliter suo tempore ad feriendum præstare, per-
mitte mihi, vt Symbolum Apostolorum ex integro perórem, &
in quocumque verbo errauerim, vos Domine Plebane mihi dicito.
Et incæpto Symbolo, integerrimè sine respiratione, vsque in finem
orauit. Secundariè autem iterum ad lectorem conuersus, dixit:
Permitte mihi, ait, adhuc, vt ante exitum animæ meæ symbolum
perorem. Quo incæpto, ensem vibrans caput eius amputauit, ac in
terram cadens, corpus eius in sellâ sedendo permansit, ac demùm
cum sellâ cecidit. Tam deuotè autem, & patienter vitam conclu-
sit, quòd plures ad lachrymas prouocauit.

Matthæus Harder cum Eittelhans Langenmantel in Leutters- XXXIII.
houen etiam captiuus adductus est vsque ad S. Ratham. Cùm au-
tem se excusaret, affirmaretque, quòd de illâ Societate non foret,
eamdemque sectam & doctrinam execraretur; ad nullam autè aliam
causam ipsum Langenmantel accessisse, nisi vt domum emptam in
Leuttershouen litteris ratificaret; Diepoldus de Stain his auditis,
iussit Matthæum Harder & iuramentum præstare simul & fidem,
quòd velit Leuttershouen adire, ac tribus diebus in eadem domo
inclusus manere, & vsque ad sui deliberationem inde nec pedem
mouere. Quo facto dimissus est, & sui iuramenti immemor, ad
Augustam redijt, vbi quemadmodum sicut priùs sectam Luthe-
ranam sub arbore juxta S. Sebastianum atque alijs conuenticulis
prædicauit.

In die S. Seruatij, filius Scabini Widtholz ex vrbe Augustâ XXXIV.
vnâ cum seruo suo in exilium missus est, qui Bauariam accedentes
in oppido Aichaim capti sunt, vbi in vinculis vsque ad sequentem
annum permanserunt. Demum per reuocationem errorum ad en-
sem adjudicati sunt, & per 6. horas antequam decollari deberent,
intercedentibus precibus apud Ducem Wilhelmum vitâ donati
sunt, & pœnâ pecuniariâ castigati atque dimissi.

Sabbato post Corporis Christi vni Textori lingua abscissa XXXV.
fuit, Alter verò eiusdem artis ferro candenti per maxillas vltus est.

Eodem die apud Kauffbeuren 5. Viri in foro decollati sunt, XXXVI.

F

&